Quelle:
Copyright:

CX. n: 2. CLVII. n: 4. & CC. XXXIX. n. 2. sed alis adscripta authoribus. Item hanc alii componant; ego hic addam, quæ de Conrado de Waldhausen collegit noster P. Wolf. Mitter. Balbinus in Bohem: docta edit: Ungar: par: 2. pag: 183 meminit cujusdam Conradi ab Austria /: probabilius nostri :/ eique Postillam Studentium Sanctæ Pragen, sis Universitatis super Evangelia dominica adscribit. Ibidem in nota 199 dicitur: Longadus a Longa /: et ait Balbinus Bit: p: 407: in Austria et Viennensi Academia commorati, one dictus ab Austria patrio cognomine de Stiewna fuit, referente Hagecio ad annum 1366 (a) Canonicus Regularis, Plebanus S. V. Teynen, sis in urbe veteri Pragensi. Vir tanta eloquentia et doctrina, ut ei vix parem multisante seculis extitisse crederent homines. Hæc apprime conveniunt cum iis, quæ habet author tractatus de honestate clericorum in Cod: ms: CCLXII. n: 17 infra recensendo, ubi pag: 199 aversa col: 2. ad finem ait: Audivi et novi in pueritia mea d: Conradum Waldhuser Ord: S: Augustini, cujus in omnibus supra et infra scriptis conditionibus (b) non vidi similem nec audivi neque in alamania, nec in Bohemia, nec in bavaria neque in francia. Duellius denique in Prooemio ad lib: I Miscell: num: II. ubi agit de Chronico Waldhusiano, dicit: Ne Cundo de Watthusa, magno pro antiqua huius Canonia ornamento fusius tum agemus, quum orationem ejusdem, quam habuit in funere Arnesti Archiepiscopi Pragensis, evulgabimus. Sed promissis non stetit Duellius.

(a) Conrado Lethalem.

(b) Prædicatoris.

Postillæ adhærent nonnulla miracula de S. Joanne Evangelista, et alia levis momenti.